

Die 22. Novembris.
S. CÆCILLÆ
Virginis et Martyris.

Introitus. Psalm. 118, 46-47.

Loquébar de testimoniis tuis in conspectu
Regum, et non confundébar : et meditábar in
mandátis tuis, quæ diléxi nimis.

Psalm .Ibid, 1. Beati immaculáti in via : qui ámbulant
in lege Dómini.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat
in principio, et nunc, et semper : et in sæcula
sæculórum. Amen.

Offertorium. Psalm. 44, 15 et 16.

Afferéntur regi Vírginis post eam : próximæ ejus
afferéntur tibi in lætítia et exsultatióne :
adducéntur in templum regi Dómino.

Communio. Ps. 118, 78 et 80.

Confundántur supérbi, quia injúste iniquitátem
fecérunt in me : ego áutem in mandátis tuis
exercébor, in tuis justificatió nibus, ut non
confúndar.